



P. OVIDI NASONIS
METAMORPHOSEON
LIBER XI

Orpheus

Carmine dum tali silvas animosque ferarum
Threicius vates et saxa sequentia ducit,
ecce nurus Ciconum tectae lymphata ferinis
pectora velleribus tumuli de vertice cernunt
Orphea percussis sociantem carmina nervis.
E quibus una leves iactato crine per auras,
'en,' ait 'en, hic est nostri contemptor!' et hastam
vatis Apollinei vocalia misit in ora,
quae foliis praesuta notam sine vulnere fecit;

5

2. **Threicius vates:** Orpheus, in vs. 8 *vates Apollineus*. — **sequentia:** prolep-
tisch. 3. **Ciconum:** de Cicones een Thracisch volk (Od. 9 39). — **lymphata:**
enallage, 'bedwelmd', 'ekstatisch'. 5. **percussis... nervis:** dominant partici-
pium. — **sociantem:** 'combinerend', 'parend'. 6. **leves... auras:** lett. 'lichte
lucht'; *lēvis* - licht, vlug, vluchtig, ijl, ijdel; Sch. vertaalt zeer adaequaat 'wind'.
9. **foliis praesuta:** 'aan de voorkant met bladeren bekleed'; causaal voor wat

- 10 alterius telum lapis est, qui missus in ipso
aere concentu victus vocisque lyraeque est
ac veluti supplex pro tam furialibus ausis
ante pedes iacuit. Sed enim temeraria crescunt
bella modusque abiit insanaque regnat Erinys;
15 cunctaque tela forent cantu mollita, sed ingens
clamor et infracto Berecynthia tibia cornu
tympanaque et plausus et Bacchei ululatus
obstrepuere sono citharae, tum denique saxa
non exauditi rubuerunt sanguine vatis.
- 20 Ac primum attonitas etiamnum voce canentis
innumeras volucres anguesque agmenque ferarum
maenades Orphei titulum rapuere triumphi;
inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris
et coeunt ut aves, si quando luce vagantem
25 noctis avem cernunt, structoque utrimque theatro
ceu matutina cervus periturus harena
praeda canum est, vatemque petunt et fronde virentes
coniciunt thyrsos non haec in munera factos.
Hae glaebas, illae direptos arbore ramos,
30 pars torquent silices; neu desint tela furori,

22 triumphi Plan. : theatri codd.

volgt; *suo - sui - sutum* – naaien, lappen.

12. **furialibus**: furialis - waanzinnig. 13. **sed enim**: ἀλλὰ γάρ ‘evenwel’.
14. **insanaque**: = *furialis*. 16. **infracto...** **cornu**: ‘met gekromde tuit’; attrib.
bep. bij *Berecynthia tibia* - Phrygische fluit. 17. **tympanaque**: ‘tamboerijnen’.
18. **obstrepuere**: c. dat. ‘overstemden’. — **citharae**: *cithara* = *lyra*. — **saxa**:
= *lapides* (vs. 10) of *silices* (vs. 30). 20. **attonitas etiamnum**: ‘ook nu nog
geboeid’. 22. **titulum... triumphi**: de dieren die Orpheus volgen en zijn gehoor
vormen zijn de rechtsgrond (*titulum*) van zijn roem (*triumphus*). — **rapuere**:
= *corripuerunt* ‘overvielen’, ‘stortten zich op’. 24. **luce**: ‘bij daglicht’, ‘overdag’.
25. **structoque utrimque theatro**: ‘wanneer aan weerskanten een tribune is
opgericht’, d.w.z. ‘in het amphitheater’. 26. **matutina... harena**: ‘in het
ochtendzand’, d.w.z. ‘des morgens vroeg in de arena’. 30. **neu desint tela**

forte boves presso subigebant vomere terram,
 nec procul hinc multo fructum sudore parantes
 dura lacertosi fodiebant arva coloni,
 agmine qui viso fugiunt operisque relinquunt
 arma sui, vacuosque iacent dispersa per agros 35
 sarculaque rastrique graves longique ligones;
 quae postquam rapuere ferae cornuque minaces
 divulsere boves, ad vatis fata recurrunt
 tendentemque manus et in illo tempore primum
 inrita dicentem nec quicquam voce moventem 40
 sacrilegae perimunt, perque os, pro Iuppiter! illud
 auditum saxis intellectumque ferarum
 sensibus in ventos anima exhalata recessit.

Te maestae volucres, Orpheu, te turba ferarum,
 te rigidi silices, te carmina saepe secutae 45
 fleverunt silvae, positis te frondibus arbor
 tonsa comas luxit; lacrimis quoque flumina dicunt
 increvisse suis, obstrusaque carbasa pullo

37 minaces codd. nonn. : minaci codd. pl.

furori: wordt na een onderbreking van 5 vss. in zekere zin voortgezet met sarculaque in 36.

31. subigebant: ‘bewerkten’. **32. fructum:** ‘opbrengst’. **36. sarcula... rastr... ligones:** ‘houwelen, harken en hakken’; alle drie deze woorden kunnen een hak (wat dat dan ook is) aanduiden; voor ons is niet meer na te gaan wat precies voor landbouwinstrumenten de Romein bij deze woorden voor ogen kreeg. — **rastrique:** *raster (m.) = rastrum (n.)* - hark, hak. **37. ferae:** sc. *Bacchae*. **38. ad vatis fata:** lett. ‘naar het (nood)lot van de dichter’, d.w.z. ‘om de dichter te doden’. **40. inrita:** = *frustra*. **41. sacrilegae:** te meer omdat zowel de *Bacchae* als Orpheus in dienst van *Bacchus* waren. — **perimunt:** ‘vernietigen, ‘doden’. **43. recessit:** *recedo* - terugwijken, verdwijnen. **46. frondibus:** = *foliis*. **47. tonsa comas:** dubbel op na *positis frondibus*. — **luxit:** *lugeo* - rouwen, (be-)treuren. **48. obstrusaque carbasa pullo:** ‘linnen gewaad met zwarte rand omzoomd’. — **obstrusaque:** van *ob(s)trudo* - naar binnen duwen, omzomen, het part. pf. van *obstruo* (tegenhouden) is *obstructum*. — **carbasa:**

- naides et dryades passosque habuere capillos.
 50 Membra iacent diversa locis, caput, Hebre, lyramque
 excipis: et (mirum!) Medio dum labitur amne,
 flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
 murmurat exanimis, respondent flebile ripae.
 Iamque mare invectae flumen populare relinquunt
 55 et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi:
 Hic ferus expositum peregrinis anguis harenis
 os petit et sparsos stillanti rore capillos.
 Tandem Phoebus adest morsusque inferre parantem
 arcet et in lapidem rictus serpentis apertos
 60 congelat et patulos, ut erant, indurat hiatus.
 Umbra subit terras, et quae loca viderat ante,
 cuncta recognoscit quaerensque per arva piorum
 invenit Eurydicen cupidisque amplectitur ulnis;
 hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo,
 65 nunc praecedentem sequitur, nunc praevius anteit
 Eurydicenque suam iam tuto respicit Orpheus.

Bacchus

- Non inpune tamen scelus hoc sinit esse Lyaeus
 amissoque dolens sacrorum vate suorum
 protinus in silvis matres Edonidas omnes,
 70 quae videre nefas, torta radice ligavit;

plur. t. ‘linnen kleed’, ‘zeil’ (van een schip). — **pullo**: kan zowel adi. (‘donker’, ‘zwart’) als subst. (‘rouwrand’) zijn; niet te verwarren met het homonyme *pullus* - jong, spruit, kuiken.

49. passosque: = *pansosque*; *passus* zowel bij *pando* als bij *patio*. **50. Hebre**: *Hebrus*, een rivier in Thracië; *Hibērus* is de Ebro in Spanje. **54. invectae**: sc. *lyra* en *lingua*. — **populare**: = *vernaculum* = *patrium*. **57. os**: = *caput*. **60. patulos...** **hiatus**: = *rictus apertos* ‘wijd opengesperde bek’. **63. ulnis**: = *brachii*; *ulna* = *bra(c)hium*. **66. suam**: *suus* = *amatus*; idem vs. 86. — **tuto**: adv. = *a periculo tutus*. **67. Lyaeus**: = Bacchus. **69. Edonidas**: Thracisch. **70. videre nefas**: het misdrijf van de Thracische vrouwen is niet dat zij (zoals o.a.

quippe pedum digitos via, quam tum est quaeque secuta,
 traxit et in solidam detrusit acumina terram,
 utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
 crus ubi commisit volucris sensitque teneri,
 plangitur ac trepidans adstringit vincula motu: 75
 Sic, ut quaeque solo defixa cohaeserat harum,
 exsternata fugam frustra temptabat, at illam
 lenta tenet radix exsultantemque coercet,
 dumque ubi sint digiti, dum pes ubi, quaerit, et ungues,
 aspicit in teretes lignum succedere suras 80
 et conata femur maerenti plangere dextra
 robora percussit, pectus quoque robora fiunt,
 robora sunt umeri; nodosaque bracchia veros
 esse putes ramos, et non fallare putando.

Midas

Nec satis hoc Baccho est, ipsos quoque deserit agros 85
 cumque choro meliore sui vineta Timoli
 Pactolonque petit, quamvis non aureus illo
 tempore nec caris erat invidiosus harenis.

Actaeon) iets hebben gezien wat niet voor hun ogen bestemd was, maar dat zij lijdelijk hebben toegezien zonder in te grijpen. — **torta radice**: ‘met wortel-
vlecht’.

71. pedum digitos: ‘tenen’. **71 – 72. via... traxit**: niet ‘trok over de weg’,
 maar ‘trok op de plaats waar ze op dat ogenblik waren op de weg’.
72. acumina: sc. *digitorum*. **73 – 74. utque... ubi**: ‘zoals wanneer’; *ut volucris
plangitur, ubi crus suum commisit*. **73. auceps**: ‘vogelvanger’. **76. harum**: sc.
Baccharum. **77. exsternata**: ‘hevig geschrokken’. **78. exsultantemque**:
 exsultare - jubelen (eig. dansen van vreugde), hier ‘tekeer gaan’, ‘fladderen’.
80. teretes... suras: ‘slanke kuiten’. — **succedere**: = *succrescere*.
81. maerenti: enallage. **84. non fallare putando**: = *si putes bracchia ramos
esse, non fallaris*. **85. ipsos... agros**: sc. Thracië. **86. choro meliore**: sc. dan
 dat der Thracische vrouwen; waaruit dit *chorus* bestaat lezen we vs. 89.
choro: ‘gevolg’. — **sui**: = *a se amati*; cf. vs. 66. **87. Pactolonque**: het water
 van de op de berg Timolus ontspringende rivier Pactolus voerde goudkorrels mee.

- Hunc adsueta cohors, satyri bacchaeque, frequentant,
 90 at Silenus abest: titubantem annisque meroque
 ruricolae cepere Phryges vinctumque coronis
 ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus
 orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
 Qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,
 95 hospitis adventu festum genialiter egit
 per bis quinque dies et iunctas ordine noctes,
 et iam stellarum sublime coegerat agmen
 Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros
 rex venit et iuveni Silenum reddit alumno.
 100 Huic deus optandi gratum, sed inutile, fecit
 muneris arbitrium gaudens altore recepto.
 Ille male usurus donis ait ‘effice, quicquid
 corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.’
 Adnuit optatis nocituraque munera solvit
 105 Liber et indoluit, quod non meliora petisset.
 Laetus abit gaudetque malo Berecynthius heros
 pollicitique fidem tangendo singula temptat
 vixque sibi credens, non alta fronde virentem
 ilice detraxit virgam: virga aurea facta est;
 110 tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro;
 contigit et glaebam: contactu glaeba potenti

88. caris: *carus* vaak = *pretiosus*. — **invidiosus:** - act. afgunst opwekkend.

89. cohors satyri bacchaeque: = *chorus satyrorum baccharumque*. **90. titubantem:** ‘met wankele tred’. **91. coronis:** letterlijk, dus ≠ *vinculis*. **93. orgia:** - mysteriën. — **Cecropio Eumolpo:** de Athener Eumolpus is de mythische stichter van de mysteriën van Eleusis. **94. simul:** = *simul ac*. **95. adventu:** = *propter adventum*. — **festum genialiter egit:** ‘vierde vrolijk feest’. **97. coegerat:** ‘had verdreven’. **99. alumno:** sc. Bacchus die door Silenus was grootgebracht. **100. huic:** sc. Midas; de dativus hangt af zowel van *fecit arbitrium* als van *gratum*. **101. altore:** ‘opvoeder’. **104. optatis:** abl. instr. bij *solvit*, niet dat. bij *nocitura*. **106. Berecynthius:** = *Frygius*. **108. non:** ontkent in de eerste plaats *virentem*.

massa fit; arentis Cereris decerpsit aristas:
 Aurea messis erat; demptum tenet arbore pomum:
 Hesperidas donasse putes; si postibus altis
 admovit digitos, postes radiare videntur; 115
 ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,
 unda fluens palmis Danaen eludere posset;
 vix spes ipse suas animo capit aurea fingens
 omnia. Gaudenti mensas posuere ministri
 exstructas dapibus nec tostae frugis egentes: 120
 Tum vero, sive ille sua Cerealia dextra
 munera contigerat, Cerealia dona rigebant,
 sive dapes avido convellere dente parabat,
 lammina fulva dapes admoto dente premebat;
 miscuerat puris auctorem muneris undis: 125
 Fusile per rictus aurum fluitare videres.
 Attonitus novitate mali divesque miserque
 effugere optat opes et quae modo voverat, odit.
 Copia nulla famem relevat; sitis arida guttur
 urit, et invisio meritus torquetur ab auro 130
 ad caelumque manus et splendida brachia tollens
 ‘da veniam, Lenaeae pater! Peccavimus’ inquit,
 ‘sed miserere, precor, speciosoque eripe damno!’

112. massa: - klomp, homp, hoop, massa. — **arentis:** = *aridas*. **114. postibus:** strikt genomen ‘deurpost(en)’, maar wij gebruiken dat woord nauwelijks buiten bouwkundig verband; Romeinen gebruiken het waar wij ‘deur’ zouden zeggen. **117. Danaen:** *quae a Iove falsa sub imagine pluviae auri decepta est*. **118. fingens:** wrsch. ‘zich voorstellend’. **120. tostae frugis:** ‘geroosterd graan’ (= brood, al dan niet geroosterd?). **124. lammina fulva:** ‘bladgoud’, ‘goudlaag’. **premebat:** ‘bedekte’. **125. auctorem muneris:** = *vinum*. **126. fusile... aurum:** ‘vloeibaar goud’. — **per rictus:** ‘in zijn mond’, dus niet ‘door de schenktuiten’ o.i.d.
